



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Voluntarium, & inuolunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

Sacramentum, à Domino nostro Iesu Christo institutum, & promulgatum à Iacobo Apostolo. II. Quòd confert gratiam sicut alia Sacramenta. III. Quòd remittit peccata, & alleviat infirmum, & quòd non cessat, neque cessavit, neque olim fuit quasi tantum gratia curationum. IV. Quòd ritus eius, quem observat Ecclesia Romana, non repugnat sententia Iacobi Apostoli: atque ideo non potest iuste mutari, aut contemni. V. Quòd Apostolus Iacobus per presbyteros intellexit tantum Sacerdotes, & non seniores populi. VI. Ideoque non posse hoc Sacramentum per alios quam per episcopos, & Sacerdotes ministrari. cap. 22. nu. 1.

VOLUNTARIUM,  
& involuntarium.

Dicitur directè, ac per se, ut cum volumus illud: indirectè ac per se, ut cum volumus id quod sequitur ex eo quod volumus: indirectè ac per accidens, ut cum possumus, & debemus aliquid velle, vel dicere, vel facere, & nolumus dicere, aut facere. Sicut in submersione Navis volita à nauclero, dicuntur etiam volita omnia alia, quae potuit impedire, & non impediit. Prel. 7. num. 12. in Antiq.

Defe

Defectus voluntarij excusat à mortali in  
omni materia. Præl. 9. num. 10.

Voluntarium quod in semidormiente re-  
peritur non sufficit ad mortale. Idem in se-  
niebrio. Præl. 9. num. 10. de inuolunt. vide  
tit. metus. pag. 438.

---

VOTVM I. IN SE

*quantum ad essentiam.*

**V**otum est promissio deliberatè Deo facta  
de aliquo bono maiori à Superiore non re-  
uocata. cap. 12. num. 24. Atque omne votum  
fit Deo expressè vel tacitè. Et sufficit ad il-  
lud illa deliberatio, quæ sufficit ad mortale.  
num. 24. 26. Solum autem propositum fa-  
ciendi aliquod bonum non est votum. nu-  
mer. 26.

Promittens Petro se non lusurum cum  
Ioanne non vouet. num. 25. Neque abrenun-  
tatio quæ fit in Baptismo est votum. nu. 31.  
Neque id quod fit animo non se obligandi,  
est verum votum. num. 38. Bonum opus ex  
voto factum, est magis meritorium quàm  
aliud ex voto non factum.